Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



repositas acquiescat aut carbonē uiuum aut qualē cumq;
scintillam ignis includere. Quare hoc n̄ facit frs. nisi quia
timet ne comburantur uestimenta quibus infestiuitati
bus induitur. Rogo uos ergo frs. qui in arcam suā n̄ uult
scintillulam ignis includere cū uestimentis. quare in ani
ma sua flammā iracundię n̄ timet accendere. Sed quare
hoc fiat manifeste et euidenter agnoscimus. Ideo eñi in
arcam n̄ mittimus ignē. quia diligimus uestē nrām. flā
mam uero iracundię ideo n̄ extinguimus. quia non solū
diligimus sed etiā odio habemus animā nrām scdm id qđ
scriptū est. Qui diligit iniquitatē odit animā suā. Et ido
frs hm̄i exempla ista attentius cogitantes arcellas inte
riores idē conscientias nr̄as quantū possumus cū dī adiu
torio custodire diligentius studeamus. ut cū dies iudi
cii uenerit in illa ęterna et beata ęcclā ubi nunquam
habitare poterit malus. et unde nunquā exiturus est
bonus. n̄ cum pannis ueteribus foras in tenebras exteriores
excludendi appareamus. sed stola immortalitatis induti.
castitatis et iusticię gemmis ornati. et elemosinarū luce
uestiti. uocē omnibus amabilem audire mereamur dicentē.
Uenite benedicti patris mei. pcipite regnū qđ uobis para
tū est ab origine mundi. Et illud. Euge serue bone et fi
delis. quia sup pauca fuisti fidelis. intra in gaudiū dn̄i tui.
Ad qđ gaudiū nos et uos dn̄s ds omps sub sua ꝓtectione
perducere dignetur. qui in ęternum uiuit et regnat
per infinita sęcula sęculorum a m e n.

Lectio sci euangelii scdm lucam.